



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Preceptoriu[m] Nico. [de] Lira ordinis seraphici Francisci/
siue Expositio tripharia breuis vtil[is] in decalogu[m] legis
diuine**

Henricus <de Frimaria>

Nicolaus <de Lyra>

Colonie, 19.05.1495

De inuidia q[uod] e[st] [secundu]m p[ec]c[a]t[u]m mortale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31207

De inuidia.

suos propter superbiam. Item qui contendit litigando et
exclamando et vult oēs vincere et appareat sapien-
tior ceteris. Item qui per iactantias se laudat. laudat
deus magnificando opera sua coram hominibus ut laude-
tur ab alijs. Item qui per hypocrisis ostendit se bonum
et deuotum et tamen est iniquus et magnus pecca-
tor. Item quando est pertinax et obstinatus in de-
fendendo malum quod fecit vel dixit nec vult con-
fiteri se errasse propter eius superbiam. ut videat scire
ultra ceteros. Item qui discordat cum alijs. acci-
piendo semper contrariam partem. ut discordet se a cete-
ris volendo sustinere suam opinionem contra verita-
tem et esse ceteris meliorem propter eius superbiam.
Item quando presumptioe nouitatus fingit res no-
uas. et mirabilia se fecisse vel vidisse. ut reputet no-
tabiliter ceteros. et laudet ab hominibus. Item qui
non recognoscit gratias sibi collatas a deo. sed ponit ac-
tribuit eas suis meritis et virtutibus. Item qui desiderat
quod sibi maiores honores quam conueniat. et existimat
seipsum plus valere quam valeat propter suam superbiam. Et ex his
modis committit peccatum superbie quod est mortale peccatum.

De inuidia quod est secundum peccatum mortale.

Inuidia est secundum peccatum mortale quod est vitium infeli-
cissimum. quoniam nocet tantum sibi non alijs. Nam
inuidia semper reddit hominem inuidum in semetipso. Unde cum
alia peccata mortalia videantur dare aliquam dele-
ctationem sensuale habet miserimum vitium nullam penitentiam de-
lectationem dat. sed solam tristitiam semper habet. Committit
autem hoc peccatum multis modis. Primo quando quis
gaudet de alieno malo et tristatur de alieno bono. Item

De inuidia. De ira.

quoniam desiderat malum alienum. et nolle bonum alienum
propter eius inuidiam. Item quoniam quis susurrat in occulto ve
recundiam proximi sui ut diffinet proximum apud homines
ne sibi equalis in virtute reputetur. Item quoniam in publico
detrahit honori. et reputationi proximi vel verecun
diam sibi inferendo verecundando eam coram homi
nibus ut proximus despiciatur. ne possit reputari equalis
sibi in fama vel aliqua virtute. Item quoniam quis im
pedit ne bonum aliquod perueniat ad proximum. siue
faciat hoc cum verbis siue cum opere per se vel per alium. Et
his et similibus modis committitur peccatum inuidie quod
est mortale peccatum.

Ira quod est tertium peccatum mortale.

Ira est tertium peccatum mortale quod est preter cetera delicta mortalia nocivum tantum proprio sub
iecto. id est ipsi homini irascendo contra proximum contra
ira quem irascitur. Sibi enim nocet nimis. quoniam facit
hominem perdere rationem ad discernendum verum.
Unde facit quodammodo hominem effici bestiam et ani
mal brutum quod caret ratione. Nocet etiam primo propter
mala que iratus homo facit contra proximum suum. Committitur autem hoc peccatum multis modis. Primo
quoniam quis de facili irascitur et facit libenter questionem cum pro
ximo vel cum verbis vel cum factis. Item quoniam quis de facili tur
bat in melle suam et provocat ad iram. Et hoc vulgariter dicitur
spisina. quasi hinc toxicum in melle sua. Item quoniam quis isur
git de facili in contumeliam siue iniuriam proximi sui cum iniu
riis et blasphemis. Item quoniam quis occidit et mutilat alium
quod merito ex animo turbato ad offendendum proximum. Item
quoniam quis ex ira blasphematur nomen dei. et alioquin scilicet